



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

Admonitio Sueßionense anni DCCXLIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-19366**

ricus mulierem habeat in domo sua, quae cum illo habitet, nisi matrem, aut sororem, vel neptnam suam.  
*Vt sacratam feminam vel propinquam nemmo uxorem ducas; neque uxorem, viro superflite, alter accipiat; neque uxor, viro superflite, alterum accipiat.*

**I**X. Similiter constituiimus ut nullus laicus homo Deo sacratam feminam ad mulierem habeat, nec suam parentem; nec marito vivente suam mulierem alias accipiat, nec mulier vivente suo viro aliud accipiat: qua maritus mulierem suam non debet dimittere, excepto causa fornicationis deprehensa.

*De transgressoribus horum capitulorum.*  
**X.** Si quis contra hoc decretum, quod

Episcopi cum aliis sacerdotibus vel servis Dei una cum consenuit Principis Pippini vel optimatum Francorum consilio constituerunt, transgredi vel legem irrumperem voluerit, vel despicerit, iudicandus sit ab ipso Principe vel Episcopis vel Comitibus, & componat secundum quod in lege scriptum est, unuquique juxta ordinem suum. Et si hæc omnia observaverimus quæ superius scripta sunt, Christi misericordiam invenire poterimus in secula seculorum. A M E N.

† Signum illustris viri PIPPINI Majoris domus.  
Signum RADBODI.  
Signum ARIBERTI.  
Signum HELMIGAVDI.

## ADMONITIO

### De sequentibus Capitulis synodalibus.

**S**OEPE multumque dabitavi an decreta synodorum que ab Episcopis celebratae sunt sub Rege Pippino referenda essent inter ejus Capitularia. Videbam illum ea tempestate rem apud Francos fuisse ut & Principes synoda presiderent & constitutiones sub eorum nomine conderentur emitterenturque in publicum. Videbam præterea pleraque capitula que in synodis episcopilibus perscripta fuerint, in libros Capitularium ab Ansegio Abbe & Benedicto Levita compitos fuisse relata, tamquam partem facerent legem à Principibue nostris constitutarum. At parte ex alia occurrerent nonnullæ synodi per ea tempora celebratae, in quibus nulla mentio Principis, nulla ejus auctoritas apparebat. Mihi ista meditanti commodum oblatus est vetus codex MS. sancti Vincentij Metensi, in quo Pippini Regis Capitula descripta sunt, initio facta à capitulis apud Vermeriam confitatis, sed, quod dolendum est, abque illa prorsus inscriptione, abque illo titulo. Sirmundus tamen, qui primus illa edidit, hinc edictus est ea pertinere ad synodam Vermerensem quod eorum nonnulla inventantur apud veteres canonum collectores ex Concilio apud Vermeriam lata data. Regino sancto Abbae Prümensi, qui pleraque istius synodi capitula descripta in libro secundo de disciplinis ecclesiasticis & religione Christiana, accepisse se illa ait in capite C X V I I I . ejusdem libri ex Concilio quod factum fuit ad Vermeriam temporibus Pippini Regis. Posset Burchardus lib. 1 x . cap. x x v i . & hunc fecutus Ivo parte VII. cap. C L X I V . admonerunt hunc Concilio intersuisse Pippinum. Hanc auctoritatem fecutus Sirmundus, cùm Vermerensem Concilium ederet, in titulo scriptis habitum illud fuisse presenti Pippino Regi. Ibi ergo & reliquarum istiusmodi synodorum decreta edi debere videntur & inter Capitula synodalia Pippini, tum quia in codice Metensi conjuncta sunt cum reliquis ejusdem Principis constitutionibus, & quia nonnulla ex eis relata sunt in libros Capitularium, tum etiam quia partem facere videntur capitulorum editorumque synodalia Pippini quorum observationem imperavit Karolus M. in Capitulari anni D C C L X X I X . cap. XII. & in Capitulari Aquisgranensi anni D C C L X X I X . cap. LXXXIX.



PIPPINI